



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 94. Alii tumultus occasione hujus belli a Protestantibus præcipue
Aquisgranensibus suscitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. per suos Legatos die decima quarta
A.C. 1610. Octobris Monachii rem cum Bavaro

Duce sic componebant, ut utrinque ab
omni hostilitatis genere abstinere, mu-
tuam amicitiam fovere, & militem,
nisi quantum ad communem defen-
sionem necesse foret, dimittere velint, Ju-
liacensi dissidio penes suos authores
relicto.

§. XCIV.

*Alii tumultus occasione hujus belli
Protestantibus præcipue Aquis-
granensibus suscitati.*

Carafa l.c. Sub idem tempus Alemariae oppido
pag. 46. sexta leuca Harlemio dissito, cum
Merc. Gal- de Magistratu creando dissensio orta es-
lobelg. l.33. set, cives, quos sagittarios vocant, ac-
Ez 34. ceptis armis curiam occuparunt, abla-
Khevenhill. tisque urbis clavibus Ordines eo ad-
tom.7. p.383. Londorp. egerant, ut Magistratum exauktorare,
Londorp. *suppl. tom. I.* novumque constituere cogerentur. Ean-
pag. 619. dem quoque ob caussam Leovardiz cives
effractis foribus Magistratum Cura-
expulere, novo in ipsius locum subro-
gato: longe periculosior autem tumul-
tus Ultrajecti excitabatur, ubi cives
armati omnes urbis aditus occuparunt,
veteremque Magistratum itidem totum
abrogantes, novum suffecere, missis ad
Mauritium Nassovium Comitem Depu-
tatis,

tatis, qui hæc sibi postulata concedi Sæc. XVII.
peterent. I. Mutato universo Magist- A.C. 1610.
ratu, vectigalia quædam & exactiones
tollantur. II. Omnes tam ex Nobili-
tate, quam Ecclesiastico Ordine, nulla
habita Religionis ratione, ad Ordinum
comitia vocentur, & id genus complu-
ra, quibus denegatis ac Mauritii, qui
cives Magistratui reconciliaturus unde-
cima Februarii die advenerat, elusis
conatibus, expulsisque Magistratibus
Ultrajectenses denuo arma sumpserunt,
violentia extorsuri, quod precibus, mi-
nisque haud possent: cum autem ur-
bis suæ obsidendæ periculum sibi a suis
met Confoederatis, imminere cernerent,
instituto colloquio in gratiam redierunt,
quamvis postea jam contracta tumultuandi consuetudine rursus ad atrociora
prolaberentur. Horum exempla secuti
Aquisgranenses Novatorum studiis ad-
dicti tumultuare cœperant, occasione
inde arrepta, quod ex Cæsareæ Majestatis
decreto civibus nonnisi Catholicæ Re-
ligionis usus esset permisus; cum vero
nihilominus non pauci ad Protestantium
conclaves accederent, Senatus levem mulctam hujus Decreti trans-
gressoribus imposuit, eam vero præ-
fracte solvere recusantes urbe cum suis
excedere jussit. Id cum in civitate inno-
tuisset, ex Sectariis circiter ducenti
velut

Sæc. XVII. velut in furias acti ad Curiam advola.
A. C. 1610. runt: Consul vero, quod rei suberat,
suspiciatus, mox Curiæ cancellis occludi
jussis, eis significari præcepit, ut vel
scriptotenus, vel eorum pauci dunta-
xat, quid vellent, exponerent, hi ve-
ro se januam vi effracturos minitantur,
totoque impetu irruentes exclamant:
quisque cum armis suis præsto esset:
mox omnes suæ sectæ socii. ex officinis
operarii, ex domibus incolæ turmatim
confluunt, armatique Consulem, cete-
rosque Magistratus contumeliosis ver-
bis incessunt, vociferantes, se posthac
non passuros, ut ita vexarentur, atque
omnino velle, ut ob edicti transgredio-
nem captivi statim liberarentur; idque
Principes Julianum possidentes literis
suis mandasse. Alii exclamabant, quid
opus est id a Senatu petere, cum ipsi-
met eo invito illos e custodia liberare
possimus. Adeo non preces, & Con-
sulum promissa hosce sectæ suæ fanatis-
mo abreptos placare poterant, ut etiam
armati Quæstorem & Syndicum velut
captivos usque ad horam nonam vesper-
tinam in Curia detinerent, ablatisque
clavibus tres Jesuitas, qui domum re-
vertebantur, exoneratis sclopetis im-
peterent, atque ad vicinam domum
confugientes tanto furore insequerentur,
ut etiam per fores & fenestras in eos

jacu-

jaculari non dubitarent. Insuper altera Sæc. XVII.
dvol-
berat,
occludi
ut vel
dunia-
hi ve-
cantur,
amant:
effet:
fficinis
matim
, cete-
s ver-
osthac
atque
gressio-
idque
literis
, quid
n ipfi-
berate
Con-
anatis-
etiam
velut
esper-
tisque
m re-
s im-
omum
entur,
n eos
jaci-

die sexta Julii effracta Collegii porta Pa- A.C. 1610.
tres, quotquot reperire poterant, uno etiam graviter vulnerato, per plateas raptant, vociferantes: *Ecce hic Cæsar venit, ecce Antichristum, ecce Leopoldum, ecce Cæsareum Feciale!* Nondum hisce contumeliis Cæsareæ Majestati illatis fatures, ulterius suum odium in Jesuitas exerrere pergebant; cum enim quidam ex Protestantibus moderatores compendii via eos per cæmeterium furentium insaniæ subducere niterentur, nequaquam, exclamabant, *nebulones hos & fures per locum Sacrum ducite, ne locus sacer profanetur.* Quo dicto illos in Curniam vi pertractos, exprimi vix potest, quantis contumeliis, irrisioibus, imo & colaphis affecerint, mortem ipsis etiam interminantes, eosque ex uno conclavi in aliud raptantes. Reliqui absumptis in Collegio esculentis & poculentis in Templo Statuas dejecerunt, ac sclopetis & ensibus obvios quosque trucidarunt, eorum quidam induita casula, hostiaque sublata *Dominus vobiscum* per ludibrium intonuit, ceteris respondentibus: *quisquis bibere & comedere ventit, adsit: hostias quoque, et si non consecratas in terram projecerunt, ipsos quoque libros in Bibliotheca maximam partem dilacerarunt; tandem procul- catis*

Sæc. XVII. catis omnibus Divinis, humanisque
A. C. 1610. gibis Consules & Senatum Catholicum
armata manu deturbarunt, usurpatis
Reipublicæ gubernaculis postulantes.
I. Ut sententia contra cives, qui hæ-
reticæ concioni interfuerent, lata revo-
cetur. II. Jesuitæ urbe pellantur. III.
Liberum sectæ suæ exercitium conce-
datur. IV. Etiam Protestantes in Se-
natum cooptentur. V. Ob dictoria in
Papam effusa proscripti restituantur.
Ad hæc postulata, cum Magistratus
Cæsaris voluntatem esse explorandam
diceret, hi velut rabidi canes sumptis
armis urbis portas, omnesque aditus
sedulo obsederunt, missisque undique
Deputatis inhumanam suam proterviam
palliare sategerunt. Sequenti anno
vicini Electores ac Principes per Le-
gatos suos tumultuantibus hisce civibus
sceleris enormitatem ob oculos ponere,
eosque ad officium reducere niteban-
tur; ast hi tum magis impotentibus fu-
riis tumultuari cæperant, accersitisque
magno numero suæ sectæ militibus om-
nes urbis proventus ad exequenda sua
consilia sibi vendicarunt: Non multo
post Cæsaris Delegati, necnon Princi-
pum Juliacensium, Brabantiae & Gal-
liarum Regis Oratores hunc tumultum,
irrito tamen successu, sedare adlabo-
rabant: Ceterum de hujus seditionis
exitu

exitu sermo in Historiæ progressu Sæc. XVII.
redibit.

A. C. 1610.

§. XCV.

*Lutheranæ Sectæ exercitium plebæis
in Austria permisum.*

Paulopost Protestantium per Austriam *Carafa*
legati a Matthia Hungariæ Rege im-
portune postulabant, ut liberum sectæ
suæ exercitium olim sub Maximiliano II. *Comm. de
Germ. Sacr.*
certis conditionibus *duntaxat Proceribus*
indultum, quarto etiam seu plæbeio
Statui concederet: id cum negatum fuisset,
operam & auxilia Hungarorum &
Moravorum, aliarumque Provinciarum
implorarunt, quibus tamen Matthias
die vigesima prima Februarii Scripto-
tenus per Georgium Tursonem Hungariæ Palatinum hæc respondit: „Volo,
„ut civitates & Vici omnes quatuor istis
„Statibus adnumerentur, & pro ple-
beio statu habeantur, præcipio autem,
„ut Catholici ab Augustanæ Confessioni
„addictis, & vicissim hi ab illis in Re-
„ligionis suæ exercitio nullatenus tur-
„bentur, sed pax & concordia utrinque
„colatur.” His die secunda Martii a
Rege firmatis, ac palam Viennæ præ-
lectis, Ordines se ad authoritatis Re-
giæ conservationem, pacisque & Sa-
lutis

Merc. t. 6.

p. 531. l. 3.